Etiam diligenter notandum quod in necessitatis articulo in predictis casibus
et aliis quecumque fuerint etiam superioribus reservati potest sacerdos
simplex absolvere. Quoniam tamen quod ipso necessitatis articulo cessante confitentes
se representent a quibus alias absoluti fuissent remittuntur.

Insuper diligenter notandum est quod in casibus in quibus episcopus habet potestatem
absolvendi potest etiam per certe vices committere suas inferiori quod
preterquam in quinque casibus. Primus quod ubi quod solempnis penitentia iniungenda
aut ... Secundus quod qui incepit absolvi ab excommunicatione in tanto ubi excommunicat
nisi specialiter committat. Tertius ubi cumque invenit irregularitatem contracta
tunc enim debet eum ad papam remittere aut ipse dispenset cum eo si potest vel
saltem in litteris suis alium remittat ad papam. Quartus in mandatis ante
publicationem secundum quosdam. Quintus si sit de consuetudine alicuius
diocesis quod certa crimina episcopo reservantur. Et advertendum est etiam quod episcopus generaliter
delegando vices suas etiam penitentiam imponendam alias. Non ideo intelligitur
tali delegasse potestatem dispensandi et absolvendi ab excommunicatione
et receptiones iuramentorum et restitutionem in integrum nisi specialiter exprimatur ad
episcopus correctionem specialiter spectare videatur et tunc quod causa legittima
discreto viro qui sciat rerum et circumstancias negotiorum potest committere

## Informacio

Item notandum quod quicumque aliqui ad confessores de criminibus conveniunt
et quamvis confiteri volunt se tamen asserunt abstinere non posse. Quid
sit faciendum circa tales. Consultatorum ~~taliter~~ tali taliter respo-
dentur quod confessores eorum confessiones recipere debent et eis de cri-
minibus consilium adhibere quia licet non sit vera confessio penitentia tamen ad-
mittenda est eorum confessio et crebris et salutaribus monitis quod penitentia in-
ducenda. ¶ Sequitur forma absolucionis ab excommunicatione prima

In absolucione ab excommunicatione sua videat primo sacerdos quod contra
mandatum sibi directum an a sancta sede apostolica seu alias delegata
vel ordinaria emanavit. Deinde dicat psalmum penitentialem Miserere
mei deus cum oratione dominica videlicet Pater noster cum versiculo et colla